ARCHIVIO STORICO COMUNALE
GUALDO TADINO

5

ARCHIVIO PREUNITARIO

Pergamene del Secolo XVI°

1

In nomine dni Am. Anno dni Millio ccc° LXXXXViij. Indi-
tione Ia. Tempore Smi in xpo patris et dni nostri dni Alexa-
dri divina providentia pape 6ti et die vero XXV. mensis decembris

Publico et Generali Consilio Magnificoꝝ dnoꝝ Confalonerij et
Rectoru Artiu Cois et populi terre gualdi: Regulatoꝝ: Camera-
rioꝝ et Consiliarioꝝ Cois et ppli terre gualdi eiusqz fortie et districtus s.
in sufficienti nro Convocato et cohadunato i sala palatij solite resideri-
tie pfatoꝝ dnoꝝ Rectoꝝ ad sonu Campane ut moris est: et ad
requisitione baiuloꝝ dicti Cois Ex commissione et madato Spectabiliu
viroꝝ Sr Galiotti francisci: Laçari antonij pauci. Antonelli domi-
nici accursini et Martutij andree Magnificoꝝ dnoꝝ Rectorum
dicte terre: In quo quidem Consilio servatis servandis secundu forma
statutoꝝ et laudabilem consuetudinez dicte terre prefati Magnifici dni
Confalonerius et Rectores ac Regulatores mandaverunt mihi heron-
li Gabrielis dicti Com° dicte terre ut facerez et pponerez inter alias
ppositas i dicto Consilio factas quid videtur et placet dictis Consiliarijs
providere et reformare sup infrascripta pposita et sup dependentibz et
emergentibz ab ea etc.

Cum offitiales dapnoꝝ datoꝝ dicte terre sup invenctionibz inquisi-
tionibz deruptuationibz et accusationibz dapnoꝝ datoꝝ dicte terre statu-
ant hominibz dicte terre ex forma statutoꝝ terminu quiqz dieꝝ ad
omnes eoꝝ defensiones faciendas pro ultimo et pemptorio termino
Qui qdem terminus cu sit nimis brevis: est maxiu dapnu et piudi-
tiu hominibz dicte terre Si placet pnti consilio providere et aliquid
reformare qd sit ad utilitatez et Comodu hominibz dicte terre eiusqz fortie et
districtus.

1v

Spectabilis vir Ser Gep Ser andree degualdo unus de numero Consiliariorum dicte terre surgens pedibus rectus accedensque ad solitam Arengheriam facta prius dei nostri invocatione Consuluit super dicta proposita. Quod attento quod dictus terminus quinque dierum est nimis brevis quod si quis ex dictis inquisitis inventis sive accusatis de cetero Comparuerit Coram officialibus dampnorum datorum dicti comunis infra dictum terminum quinque dierum sibi prefixum et pecierit sibi terminum prorogari. dicti officiales teneantur et debeant unicuique petenti dictum terminum prorogari per tres dies

Deinde prefati domini Confalonerius et Rectores una cum regulatoribus trahentes se ad partem semota Cognoscentes dictum Consilium ut supra redditum per dictum Ser Gep super dicta preposita fore et esse utile: pari voto eorum nemine discrepante decreverunt ipsum fore mittendum ad partitum per bussulas et fabas etc. secundum formam statuti et laudabilem consuetudinem dicte terre. Inmissum quidem consilii reformatione redditi per supradictum Ser Geppem super dicta proposita ut supra descripta Misso diligenti partito ad bussulas et fabas servatis servandis secundum formam statutorum dictum et obtentum fuit per triginta novem fabas affirmativas in bussula rubea del sie. Otto fabis negativis non obstantibus repertis in bussula alba del no

Et ego herculis Gabriolus degualdo nucerinus diocesis publicus imperiali auctoritate notarius judex quoque ordinarius et nunc dicte Comunis et notarius reformationum dicti Consilii Supradictis omnibus et singulis ut supra premittitur dum sic agerentur dicerentur et fierent interfui et presens fui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi Signumque meum apposui consuetum



2a

Confirmamus et approbamus supradicta capi
tula et reformationes et mandamus observari
secundum eorum tenores et continentias Joannes bonca
tus Canonicus Tyburtinus decretorum doctor
Reverendissimi Domini Cardinalis sancti vitalis presbyteri Cardinalis
Gurcensis Perusie etc legati locumtenens generalis



Datum Perusie Die iij Januarij M CCCCC

Jo. Simeon notarius [illegible]

2v

3. Genn.o 1500
Ill. Luogotenente del Card. Legato
di Perugia approva alcuni
modi di piazzioni fin d'anni dati

Carta de la riforma
[illegible] lo Spitale
de [illegible] 3.
di' de po el primo anno
1500
3 Gennaio